



**Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In
Qvinque Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qva Ivris Canonici Primæ Institutviones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiuntur ...

Axel, Johannes Honorius van

Coloniae Agrippinae, 1656

De succeßionibus ab intestato. Titulus XXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

absolventi, *Lap. alleg. 106. cum super his cum episcopo non possit transigi, Bald. in l. post decisiones C. de furt. remissive 10. de Anan. in c. cum sit n. 15. de Iudais & c. & ibi Can.*

De successione ab intestato.

Titulus XXVII.

SVMARIA.

- 1 Clericorum ab intestato decedentium bona adventitia liberis coniunctis & uxori deferuntur secundum iura civilia & gradum prerogativum.
- 2 Bona peculii profectitii reservantur successori.
- 3 Monacho monasterium succedit.
- 4 Monasterio facta oblatio quomodo probetur.
- 5 Heres dicitur duobus modis, heres sanguinis, & heres hereditatis, jura sanguinis attribuuntur cuilibet successori pro virili jura hereditaria proportionem hereditaria.
- 6 Statutum de hereditate ab intestato aliter disponens quam jus commune ad bona extra territorium sita non extenditur.
- 7 Heres quando timet hereditatem damnosam esse potest curare fieri citationem per proclama. contra omnes creditores ut veniant ad edendum instrumenta debiti ipsi heredi ad hoc ut possit deliberare.

CLERICORVM ab intestato decedentium bona adventitia liberis, coniunctis, & uxori deferuntur, secundum iura, & gradus prerogativam, juxta tradita in *lib. 3. Instit. Imper. tit. 1. & seqq. tit. ad quos me remitto, & istis deficientibus ecclesie salvo jure Curie, si defunctus clericus erat curialis; patronatus, si erat libertus; & domini si erat ascriptitius, c. 1. & ibi gl. fin. h. t. l. si quis presbyter C. de episc. & cler. vel homo proprius*

*Myns. obs. 23. cent. 2. l. fin. C. in quib. caus. col. cens. dom. accus. poss. Bona peculii profectitii & re-
servantur successori, ut dictum est supra tit. de pecul. cler. Monacho & monasterium succedit salva legitima liberis, salvo jure uxoris, & salvo jure aliorum creditorum: Auth. nunc autem de episc. & cleric. c. cum simus de regul. & c. probatur oblatio facta & monasterio, etiam quoad effectum consequendi bona oblata, per unum testem de veritate, & per confessionem etiam incidenter factam, c. fin. h. t. Hæres dicitur & duobus modis, hæres sanguinis, & hæres hereditatis, Iura sanguinis attribuuntur cuilibet successori pro virili, jura hereditaria pro hereditaria portione, l. ut iurisjurandi §. si liberi ff. de oper. libert. §. multis Inst. de success. libert. Bald. in cap. 1. nu. 7. de eo qui sib. vel hered. suis masc. & fem. ideo liberi patroni ex inæquali parte habent operatum actionem, d. l. ut iurisjurandi §. si liberi, & filii inæqualiter instituti in feudo succedunt æqualiter; c. 1. de success. feud. statutum & de hereditate ab intestato aliter disponens, quam jus commune, sive sit conceptum in rem, sive in personam ad bona extra territorium statuentium sita non extenditur, *Myns. obs. 19. cent. 5. fuse Rot. divers. decis. 295. per tot. & decis. 304. part. 1. Illud notandum, quando hæres & timet hereditatem damnosam esse potest curare fieri citationem per proclama. contra omnes creditores ut veniant ad edendum instrumenta debiti hereditarii ipsi heredi ad hoc ut possit deliberare quod si creditores sic vocati ad præstitutum diem de suis creditis non doceant sibi præjudicant nec hæres amplius ipsis respondere obnoxius est, *Bart. in l. Arist. n. 2. ff. de jure delib. per l. jam §. cum dicitur ff. si cui plus quam per l. falcid. Myns. obs. 47. cent. 2.***